



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 11. Rex Roma Neapolim profectus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV. A.C. 1495. modo Despotatu iMoreæ seu Peleponesi, cuius scilicet Andreæ ipsius Pater fuerat olim peculiaris Dominus. Hujus igitur cessionis jure, addita Sedis Apostolicæ auctoritate fuerat Carolus a Pontifice renunciatus Imperator Constantinopolitanus, & qui iter Regis Neapolitanum relegerunt Scriptores, non abs re dixerunt, Regem ingressum esse Neapolim habitu Imperiali, & Cæsarem Augustum salutatum. Verum ad stabilendam rem adeo memorabilem plane altis longe certiora desiderantur documenta, præcipue ubi apud Auctores coævos altum hac de re silentium habetur (\*).

*Addit. ad Monstrelet. Comm. l. 7. cap. 12.*

## §. XI.

*Rex Roma Neapolim profectus.*

*Comm. ibid. cap. 11.* Demum Carolus feria quarta die vigesima octava Januarii Roma profectus est, præmissis belli tormentis, ac potissi-

(\*) Lutherus absque omni verisimilitudine in infami suo libello adversus Papatum Romanæ a Sathana fundatum edit. anno 1545 ad finem hæc habet: Papa Leo X. Regi Francisco, qui hodie rerum Gallicarum potitur, imperium Constantinopolitanum dono dabat. Nisi Rex solertior & ingeniosior Papa fuisset, & illius stultitiam contempisset, quos jocos, quos risus ex hoc Constantinopolitano Imperio captare potuisset. Vid. sup. lib. CXVII. §. LXXV. p. 563.



potissima exercitus sui parte : tandem Sæcul. XV.  
 Marimontem, ac inde Velifam, quod A. C. 1495.  
 oppidum est vigesimo circiter ab urbe R. - La Figue io-  
 mana lapide distitum, pervenit. Ibi Car- urn du vo-  
 dinalis de Borgia nothus Alexandri fi- jage de Char-  
 lius, obses Regi datus clam se subduxit, les VIII.  
 Romam ad Patrem suum reversus ; for-  
 te Alexander hujus fugam haud ægre  
 ferebat, eoquod filio suo libertati sic re-  
 stituto pacta cum Carolo inita aut ser-  
 vandi aut violandi copiam nactus esset :  
 postquam vero Rex Montfortinum, Mon-  
 temque S. Joannis vi occupaverat, pau-  
 lopost ipse etiam Ferdinandus Alphonfi  
 filius ad primos Gallici exercitus jamjam  
 imminentis rumores San germano nobilif-  
 simo Neapolitani Regni oppido excessit ;  
 nam cum hic avaritia, impietate, ac sævi-  
 tia Patri suo haud dissimilis esset, proin-  
 ille non minus, quam olim Pater ejus  
 odium in se concitasset, factiosi, quo-  
 rum ingens erat numerus, ad omnes  
 Alphonfi jugum excutiendi occasiones  
 semper intenti erant, nunc autem turbi-  
 da hac rerum vicissitudine opportune usi,  
 ad arma undique conclamabant. Jam  
 tota Aprutii Provincia in apertam sedi-  
 tionem erumpit, & Fabricius Colum-  
 na nomine Caroli Regis plures arces oc-  
 cupat, moxque totum regnum terrore,  
 armisque concutitur.